



109

Quorum alius puerulum de gremio matris acceptum & ignarū
omnium atque ^{In potem} in pacem maiorum primi stantum modo inbut
elementis; quem rursus alius magister accipiens p̄fectioribus in
fitur disciplinis; Ita & moyses; Ignarā omnium & rudem homi
nē naturam & ut ita dicam nup̄ lacte depulsa primā diuinæ
cognitionē edocet elementa; Iohannis uero & paulus uelut ad may
se iam quæ primasunt inbutos homines ad celsiora & p̄fectiora
deducunt; Non utique quæ primasunt destruentes sed tam
quam fundamento comp̄denter posito supponentes totius
aedificii celsa fastigia; uidisti denique utriusque testa
menti structuram unius lineae modulatione directam,
Uidisti totius aedificii consonam quadraturam; audiisti
amoyse quomodo facta sit uisibilis creatura; audiisti & a da
uid quomodo & intellectualis illa celestis atque inuisibilis cre
atura sit dicente quia ipse dixit & facta sunt ipse mandauit &
creata sunt; Similimodo & in nouo testamento uerbum dī audis
exponi uisibilem & inuisibilem conditorem; In principio fecit
dī caelum & terram & omnem structuram; falsas eius doctrine
subuertit sed non credit manicheus scripturæ nostræ,
ergo propter hoc ipsum uitandus nobis est & alienus; penitus ha
bendus qui enim dī non credit & ueritatem mendacium po
nit; Non tam errare quam insanire iudicandus est; sed quomo
do inquit ex nihilo aliquid fieri potuit; Dic mihi & tu quomodo ex ma
teria fieri aliquid potuit; Certum est enim quod de terra factum
hominem uter quo nostrum credat licet & tu ipsam terram ne ges adō
factam; Dic ergo mihi quomodo de terra facta est caro de terra enim
lutum uidemus fieri; aut laterem aut regulam uel aliquod tale figm̄
tum; Carnem uero de terra pullus numquam fieri uidit quomodo
ergo facta est natura carnis; quomodo ossa formata sunt quomodo ner
ui & uenæ; quomodo curas & membra uiscerum secretorum; quomo

74